

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dissertatio Philologica Qua Al Tehî Tsadik Harbeh Ve-'al
Tirsha' Harbeh Sive Nimium Iustitiae Et Improbatis
Salomonis, Coheleth. VII. 16. 17. ...**

**Clauswitz, Benedikt Gottlieb
Keyselitz, Gottlieb**

Lipsiae, 1721

VD18 11528834

§. VII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130295](#)

hoc autem, quando sermonem ad illum, a quo hoc vel illud omitti cupimus, vel prohibendo, vel dissuadendo, vel deprecando dirigimus, prout vel superiorem, vel parem, vel inferiorem invenimus. Fit etiam quando per modum voti de nobis ipsis Num. XI. 15. vel de persona tertia Jer. IX. 22. Deut. XXXIII. v. 6. quid fieri nolimus declaramus, ut alias notiones vel inusitatas vel incertas prætermittamus. In toto enim Coheleth, quoties hæc particula occurrit Cap. V. 1. 3. VII. 9. 10. VIII. 3. X. 20. XI. 6. perpetuo interdicitionem recipit, quæ & nostro loco satis accommodata est, cum Salomo doctoris instar regulas virtutis præscribendo animum a re fugienda malo annexo avocet.

§. VI.

Sequitur vox **תְּרִיכָה** quæ derivata ab **תְּרִיכָה**, quoties est tertii adjecti notat, de **χέρεσ** prædicati ad subjectum aliquid enunciat. Hanc vero vel consummatam de subjecto prædicat, atque ita responder Græcorum **έρεγ**: vel inchoandom & consummatam, quo sensu idem quod Græcorum **γλεδαν** significat exempla vide apud Coccejum in Lexico (e) vel perpetuo duraturam, ut patet ex loco Gen. XXVII, 33. Quæ si ad nostrum locum referantur, sensus vocis is est, ut Salomo statum illum, quo quis est **צַדִּיק רְבָרְךָ** respectu tyronis sui ita aversetur, ut hic si illum plâne non induerit, neque jam induat, si vero jam quodammmodo in hunc statum devenerit, eum non continuet.

§. VII.

Quod vox **מִזְרָח** accurate ad notionem **מִזְרָח** accedit, ita ut viam notet cuius superficies æquabilis atque adeo pedibus tuta sit ex Psalm. XXIII, 2. nondum sat is probasse videtur Gussetius (d), id tamen certum est quod justum notet, h. e. in genere illum, qui a culpa legis

(c) p. 178. (d) in Comuent. Hebr. Lingue.

legis violatæ immunis est. Atque ita designare poterat vox קְרִיר hominem integrum vitam exacte ad legem Dei componentem. Quæ vero naturæ perfectio cum per labem originalem amissa sit, vox קְרִיר illum jam notat, qui quantum in se est, & ex viribus gratiæ in hac fragilitate fieri potest, nihil quod legi repugnet, cum animi proposito committit. Ut fere in N. T. vox δίκαιος sumi confuevit Matth. I, 19. 1. Tim. I, 9. In qua tamen notione præsupponitur necessario ea, qua קְרִיר illum notat, qui a reatu immunis est, ideo quoniam non imputatur illi transgressio. Post hanc generalem notionem scripturis usitatis simam illum quoque notat, qui respectu officiorum ad alios pertinentium vitam ad legem Dei componit, cuius generis esse videtur locus Ps. XI, 5. Cumque fieri hoc possit vel id quod necessario alteri debemus, vel quod humanitas postulat præstando, specialiores significatus vocem קְרִיר recipere posse, mirandum non est. Hujus generis est etiam notio illa, qua aliquis, quoad factum aliquod particulare a culpa legis violatæ liber pronuntiatur, ut patet ex Proverb. XVII, 15. XVIII, 5. 17. XXIV, 24. Ef. V, 23. Sic verbum קָרֵב Jobi IX, 15. 20 adhibetur. Quod si nunc ad usum hujus vocis in Coheleth attendas, certum est in notione latissima eam sæpe occurrere Cap. VIII, 14. IX, 1. 2. Quamvis etiam in specialiori accipi, qua innocentem notat, qui quantum ad factum aliquod particulare, legis violatæ reus non est, probet locus Cap. III, 17. & in voce cognata קָרֵב Cap. III, 16. V, 7. Observare quoque licet vocem קְרִיר obviam nobis factam non esse in sacris, ut præcise clementem & beneficum notet, quamvis Rabbinis frequentissimi usus sit per צְרוּר eleemosynam designare, nisi talis sit locus Prov. XXI, 21. et si loca extant ubi τῷ Κρίτῳ prædicata tribuantur, quæ benignitatem animi in eo supponant. Prov. X, 21. XII, 10. Insuper quoque nobis inventus non est locus, ubi abso-

Iuste posita vox צְרִיךְ superiorem poenas in delinquentes secundum menuram operis statuentem indicet. Multo minus in toto Codice vocem צְרִיךְ eo significatu reperi-
re licuit, ut justum sua vel aliorum opinione talem, licet
vera justitia destitutum, designet.

§. VIII.

Verbum רַבֵּת quod in Kal multum & magnum esse significat, in Hiphil multiplicare notat, a quo infinitivus הַרְבָּה derivatus adjectivi nominis significatum induit: substantiis tributum vel partes plures totius, vel plura specie individua notat. Coh. II, 7. IX, 18. V, 6. VI, 12. XII, 9. Accidentibus vero additum gradus eorum auget Coh. V, 16. Recipit vero etiam notionem adverbii qua vel repetitionem actionis & passionis, vel intensionem ejus notat, ut Coh. V, II, 19. & in hunc potissimum sensum in nostro loco vox רַבָּה abire videtur. Id vero non videtur hic praetermittendum, quod vox רַבָּה per se non tam notet multum quod est in vitio, vel nimium, sed quod hic significatus ex re ipsa petendus sit, & tum obtineat, quando qualitas & actus ultra gradus illos quibus perfectio ejus mensuratur, extenditur.

§. IX.

verbū חֲכַם verbum est quod sapere & sapientem esse notat, h. e. habitu intellectus pollere, quo quis id quod a cognitione vulgari remotum est, ex principiis suis cognoscit, non sine voluntate faciendi, atque ita de rerum artificialium, I. Chron. XXII, 15. naturalium & moralium cognitione perfectiore adhibetur. In primis vero apud Salomonem hic est vocis significatus, ut illum notet, qui rerum relationes, quas ad bonum hominis & malum habent, ex suis principiis, itemque modos tutissimos bonum sequendi malumque evitandi novit cum voluntate sincere ita agendi. Ethae quidem prudentiam simul continent & pietatem supponunt. Is vero est hujus vocis usus,